Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26366
Copyright: Admont, Benediktinerstift

V

(i. continens)
nisi qui erit concinna qua de re posterius loquimur. Quo in vitio est
cecilius assiduus ut hec in priore libro. has res ad te scriptas luci mi
simus eli. Item fugere oportet longam verborum continuationem que
et auditoris aures et oratoris spiritum ledit. his vitiis in compositio
ne vitatis. reliquum operae consumendum est in dignitate. DE DIGNI
Dignitas est que reddit ornatam orationem varietate (verborum et sententiarum) distin TATE.
guens. hec in verborum et in sententiarum exornatione divi
ditur. Verborum exornatio est que ipsius sermonis insignita con
tinetur perpolitione. Sententiarum exornatio est que non in verbis sed
in ipsis rebus quandam habet dignitatem. M. T. C. AD HERENNIUM. L. IIII.
Repeticio est cum continenter ab uno atque eodem verbo EXPL. INCIP. V.
in rebus similibus et diversis principia sumuntur hoc modo. Vobis
istud attribuendum est. vobis gratia est habenda. vobis ista
res erit honori. Item Scipio numantiam sustulit. Scipio Kar
taginem delevit. Scipio pacem peperit. Scipio civitatem servavit.
Item tu in forum prodire. tu lucem conspicere. tu in horum conspectum ve
nire conaris. Audes verbum facere. audes quicquam ab istis petere.
audes supplicium deprecari. Quid est quod possis defendere. quid est
quod tibi concedi putes oportere. Non ius iurandum reliquisti. Non ami
cos prodidisti. Non parenti manus intulisti. Non denique in
omni dedecore volutatus es. Hec exornatio cum multum
(pulchritudinis) venustatis habet. tum gravitatis et acrimonie plurimum. Qua
re videtur esse adhibenda et adornandam et ad exaugendam
Conversio est per quam non DE CONVERSIONE. orationem.
ut ante primum repetimus verbum sed ad postremum continenter
revertimur hoc modo. Penos (i. affricanos) populus romanus iusticia vicit. armis
vicit. liberalitate vicit. Item ex quo tempore concordia de civi
tate sublata est. libertas sublata est. R. P. sublata est. Item
corbellus homo novus erat. (ingeniosus erat) doctus erat. bonis viris et
studiis amicus erat. Ergo in hac civitate primus erat.
Item. Nam istos ut absolvant te rogas. ut peierent rogas.
gas. ut existimationem (i. bonam famam) neglegant rogas. ut leges

[Left margin, beside "audes supplicium...": (i. quod audeas postulare)]

[Left margin, beside "vicit. liberalitate vicit.": Liberalitas consistit in dando et in retribuendo et si necessitati non possumus saltem mentibus (...) habeamus.]